



Traccia nr. 1
Vita appartata e felicità

da **POGGIO BRACCIOLINI, *De infelicitate principum***

Il brano è tratto dal De infelicitate principum (1440), dialogo che l'umanista Poggio Bracciolini (1380-1459) - cancelliere fiorentino e già segretario apostolico - immaginò si svolgesse fra Carlo Marsuppini, Cosimo de' Medici e Niccolò Niccoli intorno al tema dell'impossibilità, per coloro che ricoprono alte cariche pubbliche (qui i principi, appunto), di essere felici. Ostacolo a questa condizione, per tale categoria di persone, è la mancanza, nella quotidianità, di uno spazio della mente e dell'animo da dedicare all'esercizio della virtù, che ne è il presupposto indispensabile. Tale spazio si trova invece, come il passaggio illustra, nella scelta di una vita appartata.

Si quo igitur in loco habitat [*scil.* la felicità, *sogg. sottinteso*], inter privatos diversorium habet, procul a regum culmine et fastigio imperandi. Virtutes enim effectrices sunt vite¹ felicitis, que [= *quae*], a principum domiciliis exclude [= *exclusae*], si quando casu aut errore limen ingrediuntur, e vestigio aufugere coguntur, perterritae [= *perterritae*] moribus, ministris, artibus, quibus apud eos vivitur. Cum privatis vero, cum in eis vigeant studia sapientie [= *sapientiae*] et doctrine [= *doctrinae*], cum litterarum otio occupentur, quorum animus, remotus ab ambitione, liber a cupiditate, suis contentus est, non appetens aliena, libenter versantur et felices reddunt suos cultores. Hi enim soli virtutis iter cognoverunt, hi bene vivendi precepta [= *praecepta*] nobis tradiderunt, hi qui esset vite [= *vitae*] cursus optimus tum exemplo, tum litteris demonstrarunt, ab his nature [= *naturae*] cognitio defluxit, horum opera varie [= *variae*] artes ad usum hominum reperte [= *repertae*], hinc disciplinarum omnium ratio, hinc astrorum celique [= *coelique*] motus adinventi, hinc iura, leges et rerum publicarum gubernacula emanarunt, ab his rerum omnium, que [= *quae*] ad victum, que [= *quae*] ad cultum corporis, que [= *quae*] ad dignitatem, que [= *quae*] ad tutelam, que [= *quae*] ad mores spectant, origo ducitur. Horum consiliis secundam fortunam moderate ferre docemur, forti animo adversam.

¹ *Vite*: forma umanistica per il classico *vitae*. Qui, come in tutto il passo, i dittonghi non sono segnati.



Horum studiis, cura, vigiliis, animi morborum medela, corporum egrotantium [= *aegrotantium*] salus inventa est. Ab his sapienter et honeste vivendi precepta [= *praecepta*] sumus assecuti. Hi, tanquam virtutum sacerdotes, pacis atque otii amici, soli felicem vitam assecuntur. Posthabitis enim atque abiectis opibus, imperiis, dignitatibus, contemptis divitiis, in excolenda matre virtutum philosophia, in rerum occultarum pervestigatione versati, ad liberalium artium disciplinas et humanitatis studia velut in portum tranquillum confugerunt, ubi nullo impetu, nulla fortune [= *fortunae*] iactati temeritate, vitam beatam ac felicem adepti sunt. Hos, quantum possumus, imitemur operibus nostris; principes vero contemnamus. Et enim perpetua oblivione sepulti essent, nisi eos doctorum virorum monumenta ab interitu vindicassent.

Consegne:

- 1) Traduzione integrale del testo, dal latino all'italiano.
- 2) Commento al testo, da sviluppare tenendo conto degli aspetti stilistico-formali; dei contenuti; del valore attualizzante delle tematiche trattate, nelle sue possibili proiezioni nella società e nell'esperienza dei nostri tempi, anche in riferimento ai nuovi significati di 'vita appartata' che l'esperienza pandemica ci ha costretto a definire, e anche in riferimento alla possibilità che questa 'soluzione' possa dirsi davvero universalmente e sempre accettabile.

Si precisa che nello svolgimento del commento non è richiesta la contestualizzazione storica dell'autore o dell'opera; ove si intenda soffermarsi su tali aspetti, dovranno essere indicati i sussidi utilizzati (fonti bibliografiche, sitografia, ecc...), che dovranno tuttavia essere rielaborati in maniera originale nell'argomentazione proposta.

Traccia nr. 2



«Mandami un libro ‘leggero’, se puoi!»

dalla corrispondenza poetica fra Giano Pannonio ed Enea Silvio Piccolomini

Il dittico poetico che segue è tratto dalla corrispondenza in versi fra l'umanista ungherese Giano Pannonio (1434-1472) e l'umanista italiano Enea Silvio Piccolomini (1405-1464), poi salito al soglio pontificio nel 1458 con il nome di Pio II. Tale corrispondenza è l'unica testimonianza che ci resta dei rapporti fra i due intellettuali, apparentemente lontani nello spazio, ma vicini nel sentimento e negli interessi culturali, primo fra tutti l'amore per la poesia, che entrambi praticano. In un frangente particolarmente difficile e angosciante Giano Pannonio chiede al corrispondente (che ancora non è pontefice, ma è già cardinale) di mandargli, se ce l'ha, un codice contenente gli epigrammi di Marziale (il Bilbitanus vatis menzionato nel testo), una lettura leggera, che possa alleviare i dolori del momento.

[Epigramma di Giano Pannonio a Enea Silvio Piccolomini]

Si Bilbitani tibi sunt epigrammata vatis,
protinus huc ad nos fac, precor, illa volent.
Nonne vides quantos moveat fortuna tumultus
nec sperare sinat nos meliora timor?
Tempore sollicito tragicos deponere luctus 5
convenit et levibus pellere maesta iocis.

[Epigramma di risposta di Enea Silvio Piccolomini a Giano Pannonio]

Venisti Latia madidus Graecaque Minerva,
ut qui Guarini² discipulum referas.
Dulce canis, vena stillant de divite versus,
doctiloqui titulos vatis habere potes.
Non est cur tecum temptare in carmina vires 5
conemur: bello non bona dextra seni est.
Dum iuvenes fuimus, Pegaseo e fonte liquores
hausimus et nullum scribere pondus erat;
nunc oblita mihi sunt carmina, frigit aetas
atque sepulcralis unica cura mihi est. 10

² *Guarini*: Giano Pannonio era stato allievo di Guarino Veronese a Ferrara.



Quae Bilbitani quaesisti epigrammata vatis,
ad te se celeri proripueru gradu.

Namque liber cum te Latiis didicisset ab oris
advectum, subito profugus hinc abiit
teque petens dixit: "Docti peto tecta Iohannis³: 15
hic meus hospes erit, hic mea dicta leget".

At si quae currant nunc tempora conspicias et spes
afflictas, non nunc ludere, flere licet.

Non bene versiculos sacrata nocte petulcos
invisas: Christi sumere dicta decet. 20

Cedant e manibus dulces, tua cura, poetae
et divino animum codice pasce. Vale.

Consegne:

- 1) Traduzione integrale di entrambe le parti del testo, dal latino all'italiano.
- 2) Commento complessivo al dittico poetico, da sviluppare tenendo conto degli aspetti stilistico-formali; dei contenuti; del valore attualizzante delle tematiche trattate, nelle sue possibili proiezioni nella società e nell'esperienza dei nostri tempi, con particolare riferimento al ruolo della lettura come 'medicamento' e sollievo dell'animo in momenti difficili, nonché sul valore dello 'scambio' fra persone amiche.

Si precisa che nello svolgimento del commento non è richiesta la contestualizzazione storica dell'autore o dell'opera; ove si intenda soffermarsi su tali aspetti, dovranno essere indicati i sussidi utilizzati (fonti bibliografiche, sitografia, ecc...), che dovranno tuttavia essere rielaborati in maniera originale nell'argomentazione proposta.

Traccia nr. 3

³ *Iohannis*: è la forma latina del nome Giano.



L'uomo: universo in miniatura

da **BARTOLOMEO PLATINA, *De falso et vero bono***

Nel 1464 Bartolomeo Platina (1421-1481) fu imprigionato nel carcere romano di Castel Sant'Angelo perché si era ribellato a papa Paolo II, che lo aveva licenziato dalla carica di abbreviatore apostolico. In questa particolare circostanza, meditando sui grandi temi della natura, dell'uomo e del suo destino, compose il dialogo da cui è tratto il brano seguente. A parlare è il vescovo spagnolo Rodorigo Sánchez de Arévalo, che con tali riflessioni invita l'amico Platina a mitigare il dolore procuratogli dalla detenzione.

Primum hoc confiteare oportet, deum ipsum creasse hominem ad imaginem et similitudinem suam, ut merito a Graecis μικρόκοσμος, a Latinis vero parvus sit mundus appellatus. In eo enim sperae multae sunt, inest mens quae, ad similitudinem illius qui hunc mundi globum regit, subiectum movet. Hominem constare ex materia et forma non ignoras. Ex quattuor autem elementis compositum hominem tum demum esse et vivere dicimus ubi ei addita est et indita forma, ad cuius integritatem quinta profecto illa essentia necessaria est quam ἐνδελείχειαν ille⁴, nos vero intellectum continuo moventem debemus appellare. Quattuor illa sunt nobis certe cum brutis omnibus communia, hoc vero solo quo intelligimus, ratiocinamur, progressus et antecessiones rerum non ignoramus, ab eisdem differimus, essentiis separatis, quantum nobis per imbecillitatem humanae naturae licet persimiles.

Discurrit enim mens ista mira celeritate, quod huic animantium dumtaxat est datum, per elementa omnia, per superiores circulos et adeo est intelligendi avida qualia sint quae in mundo habentur, ut dei etiam ipsius, qui a nobis omnino comprehendi non potest, rationem et magnitudinem audacter nimium investigare conetur. Nullam disciplinarum relinquit intactam: non grammaticam reliquarum doctrinarum fundamentum, non dialecticam qua verum a falso discernimur, non rhetoricam unde rationem persuadendi ac dissuadendi sumimus, non arithmetica ad reliqua mathematica gradum pernecessarium, non geometriam ad distinguenda climata dimensurandumque hoc immensum terrarum spatium non inutiliter inventam, non

⁴ *Ille*: in origine Aristotele, poi Cicerone che di questo tema aveva discusso nelle *Tusculanae*.



musicam cuius harmonia corda hominum demulcentur, non astrologiam qua caelos scandimus. De his disciplinis ita disserit ut verum a falso, congruum a incongruo acutissime separet; falli, decipi, errare circa earum cognitionem turpe ac dedecus existimat, proinde die ac nocte invigilat ne in errorem aliquem inscitia dilabatur; ignorantiam et stultitiam tanquam duo magna praecipitia studiosissime vitat. Versari in cognitione rerum maximarum et admirabilium, quibus tanquam gradibus pernecessariis se ipsum postea intelligat, summum bonum esse existimat.

Consegne:

- 1) Traduzione integrale del testo, dal latino all'italiano.
- 2) Commento al testo, da sviluppare tenendo conto degli aspetti stilistico-formali; dei contenuti; del valore attualizzante delle tematiche trattate, nelle sue possibili proiezioni nella società e nell'esperienza dei nostri tempi. In particolare, si invita a riflettere sui temi dell'uomo-microcosmo; della mente come strumento di discernimento, discrezione, distinzione; del ruolo delle discipline nell'esercizio delle facoltà della mente; del rapporto fra attività della *mens* e tutte le possibili forme di 'reclusione' che, come e oltre il carcere del Platina, tuttora si possono sperimentare.

Si precisa che nello svolgimento del commento non è richiesta la contestualizzazione storica dell'autore o dell'opera; ove si intenda soffermarsi su tali aspetti, dovranno essere indicati i sussidi utilizzati (fonti bibliografiche, sitografia, ecc...), che dovranno tuttavia essere rielaborati in maniera originale nell'argomentazione proposta.